



# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Qvæ Flagellvm Peccatorvm Sev Conciones De Fame Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

VI. 1. Infirmantur animi vti & corpora. 2. origo faminis insatiabilis  
animorum, ex eo quod creaturæ non sunt eius finis. 3. deus solus eius  
proprius cibus. 4. videtur triangularis animus. 5. amplus ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55934)

## CONCIO SEXTA.

*Græca.* 4.14. δαπανήσας δὲ αὐτῷ πάντα, ἐγένετο ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην, & αὐτοὶ ἔβησαν ὑπερῷον.

*Vulgata.* 4.14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cepit egere.

*Syriaca.* 4.14. Quumq; consumpsisset quicquid habebat facta fames magna in regione illa, & cepit egere.

## A R G V M E N T V M.

1. Infirmantur animi, uti & corpora. 2. origo fami insatiabilis animorū ex eo quod creaturae non sunt eius finis. 3. Deus solus eius proprius cibum. 4. Vnde dicitur triangularis animus. 5. Amplius est & capax. 6. Intellectus & voluntas actiuos sunt. 7. Animus nostri caelestes. 8. Non patitur natura creaturam. 9. Creaturae omnes vacua sunt. 10. Applicari nequeunt concupiscibili. 11. corpora non agunt naturaliter in spiritualia. 12. Umbra sunt. 13. A multis deuantur diuites. 14. Ea ratione parit Deus cupidos. 15. Discursus super alijs generibus famis. 16. Hæretici qui quoq; famelicus. 17. Ordo siue regimen istiusmodi famelicus.

1. **E**Xtra omnem aleam est, Auditores, animo humano morbos esse, ut & corpori; quin plures, perniciosioresque: de quorum curatione nullatenus desperandum, uti nec corporis. Qui enim credebantur



fiat animum, qui corpori ægro remedia adinuenit, se ipsum vllatenus curare non posse? *Qui probari potest, Cicero l. 1. ait Philosophus quidam, ut sibi mederi animus non posset. 3. Tuscul. sit, cum ipse medicinam corporis animus inuenerit?* Memento licet non conualeat ab infirmitate animus, ut nec corpora? Porro, uti morbis corporis benè notis, quoad existentiam, eorum explorat ante omnia originem & radicem medicus prudens; ita animi dissolutionem & compagem obseruare & scrutari expedit deprehensa eius infirmitate, ut sanetur. Concione hæc inuicem imponimus vtriusque discretionis totius orbis status, signanter superbiorum, auariorum, libidinosorum; arteriæ pulsus explorauimus, ac certò certius ægros deprehendimus, necnon a stuantis siti, fameque indicibili laborantes. Ut itaque malo succurratur (quid enim ardentius queam expetere quam peccatorum conualescentiam? *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuersatur & uiuat.*) operæ pretium nunc immoderati appetitus, insatiabilisque fontem indagare ex huius enim indicio, ut aiunt medicis facile inueniantur medicamina congrua, aut constituatur ordo seruandus ut conualeant. Nam ut medici causa morbi inuenta, curationem esse inuentam putant: sic nos causa agitudinis reperta, medendi facultatem reperimus, ait sapienter Cicero.

Hoc erit nobis huiusce concionis argumentum; quo euoluto, de alia quoque fame dicemus: deinde ut ab immodica sitis vexatione tuti sitis dietam & modum præscribemus. Si verò ut Galenum, qui corporis nostri compositionem dispositionemque perlustret, & nobis constituat viuendi institutum, ab Oriente in Occidentem quærimus, ut corpori huic necessario monituro, non nullorum dierum vitæ respiracionem addamus: quanto magis operæ pretium fuerit intendere attentè sermonibus, quibus animorum nostrorum status deuius, deuiationis origo, modus restituendi in eum pristinum gradum, ut æternum viuere queant beati, innotescant, ipsi videritis. Verum



Dei gratiam, operumque imploremus.

AVE MARIA.

2. Deprehendo, Auditores, inexplebilem illam aviditatem quâ laboramus, obteata in speciem bonorum omnium copia, à diuersis causis ortum ducere. Primò, quòd animi nostri in finem sublimiorem sint creati, quam sint creaturæ omnes simul sumptæ: quem finem donec assequuti fuerint, quiescere non valent: haud secus ac lapis donec ad centrum pervenerit, non quiescit; ad quod demissus ulterius non tendit. Constituatur in aere, in igne, in aqua lapis, appetet alium locum, quia ibi non est ipsum centrum, ad quod si pertingat, hærebit, subsistet: quæ ocyus, contentus, quasi peregrinus in natale solum reuersus. In quem verò finem creatus homo? Paucis; vt Deum cognosceret, intelligeret, amaret, eoquæ frueretur.

Lactant. lib. 7. instit. cap. 6. Idcirco factus est mundus vt nascamur: ideo nascimur, vt agnoscamus factorem mundi, ac nostri Deum: ideo agnoscamus vt colamus: ideo colimus, vt immortalitatem pro laborum mercede capiamus.

Idem ibidem cap. 5. Vt esset qui opera Dei intelligeret, qui providentiam disponendi, rationem facienda, virtutem consummandi, & sensu admirari & voca proloqui posset.

Idem de ira Dei cap. 14. Sicut mundum propter bonitatem machinatus est Deus, ita ipsum propter se tanquam diuini templi Antistitem spectatorem operum, rerumque celestium.

Magister in 2. dist. 1. §. D. Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligenda amaret, & amando possideret, & possidendo frueretur. Non potissimum vt solem intueretur; & volebat quidam thrafo Philosophicus; non vt cæteris animantibus imperitaret; vt canit Poeta. Ouid. 1. Metam.

— Vt dominari in cætera posset.



Sed ut in Deum tenderet, in eoque quiesceret. Ut autem res in solo suo centro quiescit; nihilque contentum est, donec prescriptum finem adipiscatur: gradientur enim iugiter Jerosolymitani peregrini, quoad in sanctam pervenerint civitatem, & loca sacra: studijs totus incumbit Philosophus, quoad scientiam obtineat: properat assidue sol, donec ab Oriente in Occidentem perveniat; hic infernus noster ignis sursum tendit, usquequo attingat elementarem, sibi cognatum; fluunt sinuosi amnes donec in Oceanum cui sunt tributarij, devolvantur. *Naturaliter res quavis ad suam inclinat finem, quo habito in eo quiescit*, inquit Philosophi: ita homo, in eum creatus finem ut Deum agnoscat, amet, in eoque quiescat, creaturis solummodo ut carucis & ducibus ad Deum utens; iugi premetur fame animus humanus, rerum omnium redundet affluentia licet, quoad fruatur Deo, centro suo, & sine vero. Id est quod doctissime scribit D. Augustinus in sua civitate Dei, & varijs locis suorum diuinorum scriptorum adstruit.

D. Aug. to. i initio lib. 2. confess. *Fecisti me Domine ad te, & inquietum est cor meum, donec requiescat in te.*  
Idem soliloq. cap. 13. *Omnis copia que non est Deus meus, mihi est egestas.*

Ibidem. *Hoc confiteor, hoc scio Domine Deus meus, quia ubicumque sum sine te, male mihi est prater te: non solum extra me, sed etiam in me.*

Idem ibidem: *Facta est mihi abundantia laboriosa, & egestas copiosa, dum aliud & aliud sequebar, & à nullo implebar, cum non in me inueniebam te.*

Simon Cassianus l. 6 c. 16 in illud: *Capit egere: Insa- tiabilis est mala voluntas, & semper egestatibus subiacet ad egea conuersa, quibus non repletur, nisi cum capax facta fuerit Deitatis.*

Luc. 10. *Unum est necessarium.*

Deus solus centrum est, & desiderium hominis; bonum summum, in se continens omnia bona: decorum, utile, delectabile; bonum omnis boni bonum, & quo omnia sunt bona.

D. Bonau.  
in 1. dist. 1.

Exod.



Exod. 32. *Offendam tibi omne bonum*: Aliud ab hoc bonum expleat nunquam appetitum rationalem.

3. Arbitror quoque oriri ab inconuenientia improprietasque omnium creatorum, nutriendi animus. Cuique viuenti proprium est alimentum: arboribus est humus, eiusque humor: sensiuus, terræ fruges et

11. plurimum, quibusdam hæc, alijs ista: equus & bos pascuntur: Chameleon aura; *Quod uis animal nutritur & aura*. Struthio, ferro: porcus glandine: canis, ossibus: \* Salamandra, & §. Pirelides Cypriæ, igne: aranei, veneno: lupi, carnibus: serpentes, terra; ac consequenter cuique speciei peculiare est pabulum; ut si equo apposeris ossa, cani pascas, notrum pascas, quod eorum speciei incongrua hoc alimenta. Cuique animali proprius est potus: camelis, aqua turbida, inquit \* Plinius: cetrus, fontes limpidi.

Homo uero constans corpore animali, proprium habet cibum, ut & animantia cætera, corpori panem: ut autem compositus animo rationali, alium habet cibum, qualem habent creaturæ aliæ ipsi similes secundum animum. *Non in solo pane uiuit homo*. Equo cibo aluntur creaturæ illæ homini quoad animum similes? *Ego cibo inuisibili & potu, qui ab hominibus uideri non potest, utor*, inquit Angelus Raphael ad Tobiam. *Ego sum panis uiuus. Hæc est uita æterna, ut agnoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum*, ait Christus.

1. Angelorum inuisibilis cibus, Deus; qui & proprius animi rationalis, quod sic probat. Alimento fouetur calor vitalis corporis animalis: fouet, alitque Deus in nobis ignem charitatis; amorem nostrum in se nutrit, quo magis agnoscendum se exhibet, ut bonum; quo familiarius nobiscum agit, à qua conuersatione profluit amor; quo magis beneficium in nos se commonstrat: ergo est naturalis animi cibus. Deinde, proprium animalis alimentum est, cuius carentia ipsum deficit: animus ne momento quidem uiuit, nec subsistit sine Deo: hinc apud Lucam dicitur *Panis quotidianus*, apud Mattheum, *supra*

Solus Deus animorum nostrorum cibus.

\* Plin. l. 19. ca. 67. § Plinius lib. 11. Fortæ di. cendæ Pyraustes. Gen. 3. \* Plin. l. 8. c. 17.

Matt. 4. Deuter. 8. Tob. 12. Ioan. 6. Ioan. 17.

Guiliel. Paris. tra. de sacrâ.

Luc. 11. Matt. 6.



*phantalis*: igitur Deus animæ proprius cibus. *Gratiæ vide D.*  
 vita animo provenit à Deo: quin essentia vita conseci- *Aug. c. 25.*  
 uatur à Deo, uti corporis sustentatur vita, pane. *Hac mi- 26. 27.*  
*nistratio Dei si auferatur, interibunt Angeli mali, ait S. Enchirid.*  
 Augustinus: ergo potiori ratione est Deus animi vera  
 esca & tulerum. Amore incorporatur Deo animus,  
 eum sibi uniendo, ut corpus proprium cibum esu: est  
 itaque Deus animæ cibus naturalis; cætera omnia,  
 improprius. Porro, quemadmodum equo non fit fa-  
 tis si ossium plaustrum præsepio immiseris; neque cani  
 si amplum pratium fæni assignaris; quia ossa equo  
 cibus non proprius, & fænum cani: ita hominis mens  
 non satiabitur unquam re aliqua creata, quia nulla  
 ipsi cibus proprius, aut solus verus Deus. *unum est ne. Luc. 10.*  
*cessarium. Cani dat paleas, asino ossa. Sustentari nequit*  
*aura superbus, uti Chamelæon: avarus ferro, auro,*  
*argento, cæteris merallis, uti struthio; libidinosus,*  
*amoris flammis, ut salamandra, aut aquis turbidis ut*  
*cameli; liuidus, veneno, ut araneus: Qui solito cibo non*  
*vescitur, perinde afficiuntur, ac si nullum penitus ca-*  
*piant, inquit Aristoteles.*

III.

Luc. 10.

Arist. sect.

28. probl.

q. 1.

IV.

4. An forte à figura, in qua fingi potest animus no-  
 ster creatus id initium sumat? Etenim videtur animus  
 nosster, parua Trinactia, parua Ægyptus triangulari:  
 similis videtur litteris præcis, dictis  $\sigma\lambda\pi$ , complicatis  
 in formam triangularem; aut similis  $\Delta$  & triangula-  
 ri Græcorum: est enim essentia tribus facultatibus  
 decora, intellectu, voluntate, memoria, trinos angulos  
 constituentibus. Nulla verò spherica figura repleti  
 potest triangulus, quin prominentes anguli persistent  
 inanes. Quis autem ambiat mundum orbicularem?  
 Hinc antiquis dictus es orbis, globus: Est enim uniuersa  
 terra globus, volubilis manu Dei: est mare corona,  
 qua cingitur terra; ideoq; maioribus nostris dictum  
 Amphitrite: Cæli omnes sunt spheræ & circuli am-  
 bientes, cingentesq; terram & mare, uti corpore clau-  
 ditur cor, & puramine luteum oui. *Aspectus earum, & Ezech.*  
*opera, quasi sit rota in medio rotæ. O egregium globum,*  
*totam terram, mare totum, quia cæli, vasti & nume-*  
*rosi!*



rosi! Verum globus iste, utique sphaericus, explet, implereque nequit animum, licet praegrans, quod triangularé fingimus. Τοι ομηγορ, animi nostri aream explet non sufficiunt. Potest animus nostro nico angulo, intellectu, plura comprehendere, intelligereque (ea est eius amplitudo) quam mundum solum: potest sibi fingere & imaginari cum Alexandris innumeros: duobus alijs angulis plura velle, rememorarique potest, quam habuerit unquam mundum. Quibus ergo repleatur animi nostri inanis, si vacua non patitur vacuum? Qui trianguli aream vult implere, triangulum alterum superponat oportet.

Nihil Deo inferius humani animi ab illis teplet.

17.

Tit. Liv.

dec. 1 l. 7.

Valer. l. 5.

c. 9. Lact.

l. 3. instr.

c. 12.

Histor.

prod. rom.

1 c. 13.

\* Tobaeus

serm. 1. ex

Stobaeo.

2. Reg. 17.

Enr. 14.

Magnus itaque Deus ille, unus essentia, triplex personis, sancta Unitas Trinitas aptissime quadrabit implendo animo humano. Citra hunc Deum inanis & vacuus stabit aeternum, fame & penuria laborans. Ita est fames valida &c.

5. Adhaec, licet animus noster verè triangulatus non sit, adeoque impleri non valens figura sphaerica non potest attamen inficiari tantæ amplitudinis, capacitatis, ut nihil Deo inferius eam plenè occupare queat. pse est vorago Romana, aut Phrygia, quæ non oppletur nisi te praegrandi. Atque repleta ad mensuram & proportionem recipientis siue recepti concinnetur oportet; non excedat limites, aut a capacitare deficiat. Non iniecitur vasi angusto mure vastum siphunculo, quod tentare videbatur pueri Augustino apparens: neque guttulis pauculis oppletur ingens sinus, multorum fluuiozum capax. Poponem vaginæ ensis inferas; cubitalis pygmaei pedem Herculis calceo; vini sestertium dolio; giganteum galeæ Goliath, Dauidem; ceti ventri gobionem; elephanti stomacho muscam; ast non impleas, quia nulla proportio symmetriae, alterius ad alterum. Adhuc locus est. Animum quoque oppletur stomachus eius, creati tantæ capacitatis, quanta desiderat: comprehendendo incomprehensibili, infinitoque



euncta illa enim finita sunt; animus capacitatis pendè infinitæ. Sit mundus totus in hominis mente, accedant mille mundi, supererit locus, *Et adhuc locus est.* Orbis vniuersus tumidiorem non suscitabit strumam ipsi, quam granum sinapis elephanti ventri, aut mus montis antro.

D. Augustinus lib. de spiritu & anima: *Tanta dignitas est humana natura conditio, ut nullum bonum terrenum ei sufficere possit.*

Idem alibi: *Ad imaginem Dei facta est anima rationalis; ceteris omnibus occupari potest, repleti non potest.*

*Animam Dei capacem nihil minus DEO implere potest.*

Simon Cassia. l. 6. c. 16. de parab. Saluat. *Insatiabilis est mala voluntas, & semper egestatibus subiacet ad ege-  
na conuersa, quibus non repletur, nisi cum capax fuerit facta Detatis. Nobilitas & latitudo animi est, quod &c.*

Idem ibidem: *Iusto Dei iudicio agitur ut recedens à  
satiabilibus, impotentia saturandi mulctetur, & quod  
semper egeat inordinata voluntas, qua in potestate ha-  
buit, unde egere non posset.*

Deus totus euncta perfecte replet.

Virgil ecloga 3. Bucolic.

— Iouis omnia plena.

Isa. 6. *Plena orat omnis terra Maiestate eius.*

Virgilius 6. Æneid.

— Spiritus intus alit, rotamq; infusa per artus

*Meu agit at molem.*

Dei gratia hominem replet.

Luc. 1. *Auo gratia plena.*

Spiritus sanctus replet mentes.

Luc. 1. *Spiritu sancto replebitur ex utero matris sue.*

Actorum 2. *Repleti sunt omnes Spiritu sancto.*

Quicquid Deus non est, vacuum relinquit aliquod  
spatium.

Psal. 103. *Aperiente te manum tuam omnia imple-  
buntur bonitate.*

Philipp. 4. *Deus autem impleat omne desiderium ve-  
strum.*

Quæ



Quærat itaque Deum qui repleti cupit, & eximi à fame infatiabili. Ecce habetis genuinam diætam animo infirmorum, famelicorumque.

6. Præterea: an forte id ipsum proueniat à miris, peneque infinita actuositate intellectus & voluntatis humanorum? Nil enim tam infinitum infinitate notata & apparenti, quin multo plura capere & imaginari queat mens humana. *Suspice calum. & numeras stellaras, si potes. vt siderum inhaerit est numerus? Solus est Deus, qui numerat multitudinem stellarum, & conuenit eis nomina vocat; qui arenam maris recessat, vitæ campi gramina, & nemorum folia numerosa. Nihilominus infinita videantur nobis licet; potest actiuitate sua intellectus humanus, intelligere, imaginari, estimare multo plura sidera firmamento affixa; numerosiorem arenam maris vberiora gramina campo; plura folia syluatum. *Omni finito potest manus estimare.**

Similiter, affectus, voluntas, amor velit quid infinities, aut plura prope infinita, nec ideo limitari quin possit velle, amare, cupere illud amplius, aut plura. *Affectio potest se extendere sicut estimatio, inquit Philosophi.* Quapropter vbi Poëta quidam dixisset, diuitiarum amorem ad summum peruenisse gradum, sapienter addidit vix, clausulam restringentem: dicens, vix ultra amorem illum progredi potest, non audens adstruere, non posse: potest equidem noua sumere incrementa.

Quid. i. Fastorum:

*Tempore creuit amor qui nunc est summus habendi, vix ultra quo iam progrediatur habet.*

Non dixit, non ultra &c. Cum verus æque patetur hoc vel illud. Quod autem eorum quæ postulare mus nil nos explere queat, procedit ex eo quod plura credere, imaginari, amare, cogitare in infinitum queat: (vt fileam Physicorum siue anatomistarum rationem qui dicunt inde oriri quod cor humanum pyramidalis sit formæ, super qua ægrè queat mundus sphaericus) vt & intellectus per cognita & intellecta transit ad intelligentiam aliorum; & ex proprio



litione euidenti intelligit incognitam:

V I.

Vti dilatur memoria, non tam haustis fontis Bæotici vndis, vti scribit Plinius, quam reque & sede multorum, *ediscendis nostris & alienis*: ast; quæ quo plura comprehendit, eo fit capacior: ita voluntas, magis vult aliquid, magis vult velle: & quo plura amat, eo plus palatur in suis amoribus.

V II.

Arbitretur quoq; diuersitatem loci ortus nostri animi & terrenorum causæ esse. Domestica, & patria nostra orta iudicamus meliora, pulchrioraq; exteris; patriæ amore corda demulcente adeo, vt natalis soli penuria videatur præstare exteris opibus. Delectatur magis Vlyffes fumis patrijs, quam omnigenis delitijs in domo Circes.

Capitulum quidam:

— *Operat Vlyffes,*

*Fur, um de patrijs posse videre focis.*

Cicero i. de Orato. dicit Ithacam in asperissimis saxulis tanquam nidulum affixam, immortalitati ab Vlyffes antepositam.

*Suis nidus cuique magnus.*

Prou. Patria sal pluri facienda est, quæ hospitio mensa.

*Suum cuique pulchrum.*

Ouid. i. de Ponto ele. 4.

*Cum bene sint clausa cauea Pandione nata,*

*Nititur in sylvas quaque redire suas.*

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos*

*Ducit, & immemores non sinit esse sui.*

Virgilius 4. Æneidos, vox Eneæ ad Didonem:

*Me si fata meis paterentur ducere vitam*

*Auspicijs, & sponte meas componere curas;*

*Vrbs Troianas primum, Duceresque meorum*

*Reliquias colerem, & Priami tecta alta manerent. Gen. hō.*

Corporis humani locus ortus, terræ pagus est Car. 9. in Eum.

na proprius locus, terra est. in fit S. Greg. vera verò genui gel.

naque animi patria & vrbs cœlū est. Olli celestis origo;

Diuina particula aure, dicitur Poetis, atque animus

est propriè qui amat. Porro scientia, honores munda-

Q q dani,



dani, opes, voluptates terrenæ, forte sunt aliquid, sed ruri tetræ illatum: non sunt cæli, patrisque animi nostri fructus: quapropter, possideat animus non terrena illa mundana licet, nō continebitur istis fortibus. Enimvero, velit nolit. cliaatione naturalifertur in desiderium cælestium, dicit que: Prestant omnibus natalis nostri cæli, bona. En vnde fames queque, & egestas copiosa.

VIII.  
Arist.  
probl. sect.  
899.  
Natura  
non patitur  
vacuū.

8. Fit etiam a natura non admittente vacuum, et sententia Aristotelis: quod adeo horret, ut præcelsoliturum ordinem quædam præstet, ne ipsum pari contingat. Si caule fonti iniecto acrem inclusum extrahas; non ferens natura inter fontē & os in caule vacuum, lymphas pellit per caulem sursum, fluviumque ad altitudinem cubitalē, & amplius oblitæ g. Quamquam diu subsequenteribus invicem illis, nono. Quam caulem transitus non datur: atque si infini fuerit, fluent infinite per caulem attrahentem, quoad vi spiraminis repellantur, repleto vacuo nono. Tubus est hominis mens, qui vacuum nescit: repletur aut soliditate amoris Dei, aut aura amoris rerum mundanarum oportet: amore autem Dei ablecte: nec succedunt ilicō mundanæ; quæ ubi fluere capere, ut aqua è fistula, fieri nequit quin spiritu illo attrahatur pænè infinite, quoad amor DEI, vi quasi locum sibi denuò vendicet, pulso rerum terrenarum amore.

IX.  
Creatura  
eundē  
vanæ.

9. Amplius, quem fugit creata omnia esse causa, vacua, inania, nulla soliditate firmata. Gen. 1. Terra autem erat inanis & vacua. Eccles. 1. Vanitas vanitatum. & omnia vanitas. Quod inane est, tam perfectè nequit replete vacuum quin superficialis locus. Navem ingentem velis vento distensis, horreum paleis occupatis, aut non repleatis, quoad inanes, & vacuè persistentes qualitatē eam naturalem non miserint. Sic terrena, inania non repleant unquam perfectè amplitudinem mentis humanæ. 10. Dein, cordis humani inexplebilis illa procedit



dit ab impropria applicatione concupitorum: que  
 accedunt nunquam ad concupiscibilem. Obiectum  
 potro, propria facultati non applicatum, non facit sa-  
 tis eidem. Oecinat Casarimontanus Orpheus noster,  
 inquam magnus ille Orlando di Lassus cantionem e-  
 legantissimam, aut alius quis Amphion nostri seculi  
 sonore plectat lyrae fides coram surdo, lachrymantis  
 non ciet lachrymas, quia sonus non est proprium ob-  
 iectum visus. Rursus, Joannes Malbodienfis, prisci ap-  
 pellis genus exhibeat illustres tabulas aumbus caeci:  
 aut offerat Ganimedes Nectar, Ambrosiamue mani-  
 bus solum contrestandam: nullam capiant caeci aures  
 ex tabulis voluptatem; neque contrectantes manus  
 Duorum epulas satientur. Eceur? Quia color pro-  
 prio sensui, visus, non obiectus: neque cibus, proprio  
 gustui. Vtraque cuique fiat satis, & operentur agen-  
 ta, sonus, vox musica, auribus obijciantur: tabulae, &  
 colores, visui, optima ferula gustui & palato: quo-  
 modo medicus membro laeso & patienti admouet vn-  
 guenta, cataplasmataque. Quae vero pars in homine  
 tam ardentem concupiscit? Cor. Ipsum ambit hono-  
 res, inhiat thesauris, concupiscit formosas. *De corde*  
*exerunt cogitationes mala.* Ipsum ira ex candescit; vindi-  
 ctæ est cupidum; ipsum liuore tabescit; ipsum flagrat  
 desiderio, omnium quæ fingi possunt desiderabilia.  
 Paral. 25. *Erigitur cor tuum in superbiam.*  
 Iudith 1. *Cor eius eleuatum est.*  
 Iob 15. *Quid te eleuat cor tuum?*  
 Psal. 63. *Accedet homo ad cor altum.*  
 Prou. 18. *Antequam conteratur, exalciatur cor.*  
 Ezech 33. *Auaritiam suam sequitur cor eorum.*  
 Iudith 12. *Cor autem Holofernis concussum est.*  
 Prou. 6. *Non concupiscat pulchritudinem eius cor  
 tuum.*  
 Cant. 4. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa.*  
 Matt. 5. *Iam machatus es eam in corde tuo.*  
 Ioan. 13. *Cum diabolus iam misisset in cor ut traderes  
 eum Iudas Simonis Iscariotes.*

**x.**  
 Cuiq; sen-  
 sui pro-  
 prium est  
 obiectū.

*Matt. 15.*



Pfal. 40. *Cor eius congregavit iniquitatem sibi.*

Prou. 6. *Cor machinans cogitationes pessimas.*

Prou. 26. *Septem nequitiae sunt in corde.*

Prou. 27. *Cor iniqui inquit mala.*

Infelix hominis cor passionibus diuersis, plerumque aduersis distrahitur. verum, ubi applicat superbia celsitudinem quam perditè concupiscit cor? auribus eas opplendo eximijs & honorificis titulis. *Amatocari ab hominibus Rabbi*; audiens libenter nomina dominationis, excellentiae, celsitudinis, maiestatis: dematibus ceruices cingit; manus sceptris exornat humeros purpura tegit; oculos pascit genuflexibus: *amat salutationes in foro.* Et postquam omnia consummasset &c. auidè experit nouos honores. Nec miror; eiusmodi enim honores cor faucium non attingunt, male affecto, & famelico non succurrunt. *applicanda sunt actiua passiuus. Actus actiuorum sunt in parte uiente dispositio.* Cor aurum deperit thesauros: alibi collocat aurum thesauros & aurum: In loculis, in arceis: quibus oppletis, necdum contentus aurum. *Et ipse caput egere.* Haud mirum: quia dolori non solubet unguentum. Dolente corde, emplastrum applicat: *ca: aegrotante capite, talos unguentis oblitit.* An ratione conualescat? Cor concupiscit, amat, amate exardet. Ast infelix amans ratus medicamen querere, contingit, oculis solum, obrutibus: attingit, sed labijs, sed manibus solum, aut forte propius deperitam speciem. *Complectis iocis, miser non saturatur laborat adhuc fame regio eius.* Qui hoc uerè errat, dens, ipsum perditè deperiens internum, cor, non potitur amoribus, nisi per corpus, tanquam interpositam personam. Auguramini, an calefiat procal distans ab igne; si famulum sui vice propius ad focum mittat; aut ego famelicus satiet alium opplendo cibis, non admoto interim labris meis cibo.

Jacobi 2. *Si frater aut soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex uobis illis, Pax in pace, calefacimini, & saturamini: non desideris autem in*



*que necessaria sunt corpori, quid proderit?*

Sic, quia nequeunt applicari terrena cordi quæ ipsum desiderat; cingatur fastuosi vertex tor coronis, quot meo sunt capilli: possideat tenax auri massas tam multas quam ego paucas: innatet impudicus Oceano voluptarum vt Sardanapalus; nunquam ipse erit satisfactum; quod concupita vllatenus nequeant admoueri concupiscenti, cordi. Heu, miserum cor; multa concupiscens, nec obiecto vno plenè potiri valens. Infelix amans, amans ardens, nec basta labris imprimere, nec amoribus potiri, quam per interpositam personam valens.

ii. Neque verò proprium est corporeis agere in spiritalia. Ense corpus diuidas medium; ast eius a-  
 ctem nec anima, nec spiritus omnis experiatur. Tere-  
 re & tundere potes Anaxarchi vas, id est corpori offi-  
 cere tundendo: verum Anaxarchum verum non læ-  
 das. *Tunde, tunde Anaxarchi vasculum: nam Anaxar-  
 chum nihil teris,* aiebat Philosophus ille ad Nicocreo-  
 nem Tyrannum Cyprium. *Animam autem non possunt  
 occidere,* ait Dominus. Quæ tam auidè concupiscit ter-  
 rena homo, corporea sunt, aut à corporeis pendentia;  
 anima autem, quæ propriè concupiscit, spiritus: con-  
 sequitur nullam eatenus inducere satietatem, sati-  
 tatem huc humanæ menti corporea.

12. Adde, quod bona mundana meræ vmbra sunt  
 verorum bonorum cælestium, ad quæ omnes voca-  
 mur, iauitaturque: solæ verò vmbra, & species ap-  
 parentes escatum cibent, reficiantur animalia dira  
 fame vexata? vbi vidistis vnquam Polyphemum  
 famelicum saturatum vmbra, aut pictura panis?  
 aut canem oppletum vmbra carnis, aut canem oppletum vmbra carnis,  
 quas in flumine viderit? Existimatis volucres satu-  
 ratas vis ad viuum à Zeuxe pictis, eo artificio, vt  
 puero tabulam circumgerente ocyus aduolarint?  
 aut diuitem illum tenacissimum, cui famelico re-  
 deunti vxor intulit mensæ panes, & omnis gene-  
 ris cibos auro expressos, istis saturatum. Scilicet.

Q. 3      Figu-

XI.  
 Non agunt  
 corpora  
 in spiri-  
 tus.

Diog.  
 Laert. l. 9.  
 de vit.  
 Philos.

Matt. 10.

XII.  
 Terrena  
 bona sunt  
 vmbra cæ-  
 lestium.  
 Aesop.  
 apol. 5.  
 Plin. l. 35.  
 c. 9. & 10.



Plat. l. de  
clar. mu-  
lier.

Figuræ illæ, referente Plutarcho, & imagines cibo-  
rum aureæ, quanquam optimo auro totius vadimo-  
nij ipsius effictæ, verissimam non expleverunt incediam.  
Vera fames opulenti Pythij veterum ferculorum  
prandium flagitabat, non umbrarum, figurarumque.  
Eequis rerum Narcissum delectatum, contentumque  
amplexando, bafiando amiculè solam mortuam  
effigiem aquis impressam? Neque vllatenus fatis-  
dum est hominis cor facultatibus mundanis saturari  
posse, quod umbræ, picturæ, effigies sint æternorum  
honorum. *Oculos pictura pascit inani, in eos iacet*  
qui satietatem quarunt in bonis mundanis.

Virg. 1.  
Æneid.

Sap. 5. *Transferunt omnia illa tanquam umbra.*  
Nunquam audiui esurientem saturatum, qui ma-  
gi mensæ accubuit, qui necromantia, aut alio modo  
apparere facit quod non est. Nec saturaberis inquam  
opibus terrenis, quas incantator diabolus suis præsti-  
gijs, alias & maiores quam sint exhibet.

Virgil. 2. Æneid.

*Infelix simulachrum atque ipsius umbra  
Creusa*

*Visa mihi ante oculos & nota maioris umbræ.*

Ecel. 31. *Quasi qui apprehendit umbram & persequitur ventum.*

*Ne comedas de cibis eius, ubi est panis mendacij.*

Quemadmodum luno nubē in suam formam con-  
uersam obrulit Ixioni stupri avido, sicque deludit (ut  
fabulantur Poëtae) ita demones hominibus natura  
veri boni avidis, hæc terrena pro veris bonis obtin-  
dunt, oculos fascinantes. Sicuti nunquam vidisti fa-  
tium voluptatibus, tales scilicet quales, eas aut-  
tias quodam loco scriptorum tuorum referi. Vates  
Ethnicus, nimio lubricus sibi incidisse potendo in  
somnia amoribus suis, ubi necdum expletus vota sub-  
iungit, *Veniant medijs sic mihi sæpe dies*: ita non occu-  
rat inquam verè contentus his bonis terrenis: sunt e-  
nim quam mera somnia, & apprehensiones phantasti-  
cæ boni, nihil.

Ouid. lib.  
Amorū.



*Pl. 72. Velut somnium surgentium.*

Vt nusquam vilis est, qui quia somniauit se tota nocte epularum splendide, verè satiarus, aut minus edax sequenti luce in ientaculo: ita non audias vsquam dicentem se verè refectum mundanis: ea enim collata ad Conditorem, verum, & summum bonum, spectra sunt & visa nocturna.

*Ecl. 34. Vana spes & mendacium viro insensato; & somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit umbram & persequitur ventum; sic & qui attendit ad visa mendacia. Hoc secundum hoc visio somniorum. Hoc secundum hoc, id est: Omnia terrena sunt umbrae & figurae caelestium, & verorum bonorum.*

*Isa. 29. Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergesfactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergesfactus lassus adhuc sirit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quae dimicauerunt contra montem Sion.*

*Gen. 37. Vidi per somnium quasi solem, lunam, & stellas &c. Quasi, in sic.*

*Gen. 41. Pharaon somniat vacas septem macilentas deuorare alias praepingues, nec tamen vllum sauritatibus dedisse vestigium, sed simili macie, & squalore torpuisse.*

*Daniel 2. Videt Nabuchodonosor mundi gloriam, sed in somniis.*

*Proverb. 3. Egestas à Domino in domo impij.*

XII.

*13. Equis ambigat his causam dare, quod diuitiis valentes à multis deuorentur?*

*Eccles. 5. Vbi multa sunt opes, multi & qui comedunt &c.* ait Salomon ditissimus. Vt canis complures ablatans catulos iugi torquetur fame: ita diuites ablatantes, & alentes plurimos necessarios & non necessarios famulos, potiora concupiunt semper. Deinde copia quae affluunt pellente frugalitatem necessario penuria laborant. Non dicetis me habere opus hippocomia. Quare? Quia nulli mihi sunt equi. Non erant necessarii Bix Philosopho equi, muliere. Qui hoc? Quia nihil deferendum habebat. Omnes ipsius

Qq 4 opca



*Seneca l. de Tran-*  
*quill. c. 2.*  
*Cicero in*  
*parad. 1.* opes in ipsomet erant congestæ, adeoque eas se delectans, secum deferrebat. *Omnia mea mecum porto.* Non dicitis plerumque iocose, cui non sunt pecunie, non esse marsupio opus? Itaque pecunie efficiunt, ut eum habens egeat marsupio. Faciunt vestes, ut eas possidens opus habeat cista, abaco, aut mannulo, quibus eas conferuet: equi equitium exigunt; ac sic de ceteris; ut qui nullis vult egere, nullus habeat oportet. Refertur Philosophus Phauorinus occurrisse necessitatibus: qui minuendo quod habebat, faciebat ut paucioribus egeret.

Aulus Gellius lib. 9 noctium Attic. c. 8. Verum est profecto quod observato rerum usu sapientes xiri dicunt multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multum enim desiderari ad multa que habeas tuenda. Quisquam igitur multa habens cauere ac prospicere vult, ut quod optat, minus quid desit, iactura opus esse non quaerit, sed minus habendum esse, ut minus desit.

Phauorinus ibidem Cum plus quam habeamus, detrahens ex ijs que habeo, acquiesco.

Apuleius apologia l. pro Iulio, Plurimum habetis, qui minimum desiderabit.

XIV.

14. Denique, & fames peccati, & fames indifferetium, meo iudicio, prouenit à iustitia Dei, sine cuius iure peccatores de peccato in peccatum, ad ipsum vique malitiæ barathrum ruere; quia stare, & subsistere constanter noluerunt cum adhuc vegeti in libertate essent, sed exsilire gestierunt à monte in vorrices. Virg. 3. Æneid.

Alia ex alijs in fata vocantur.

D. August. l. Enchiridij c. 26. & 27. Ad iram quippe Dei pertinet iustam, quicquid caca & indormita concupiscentia faciunt libenter mali, & manifestis aperijsque penis patiuntur iniuri. Quoniam concupierunt que non decebat homines, aut aliter quam decuit; labi eos inquit in famem, quæ denotat concupiscentiam impatientem, quam nulla sequitur plena voluptas. Permittit iuste Deus rerum creaturarum appetentiam insatiabilem.



bilem; quia cum in Deo plerè satiari possent, maluc-  
iunt eo deserto vanis creaturarum vestigijs instare.

Ierem. 2. *Duo mala fecit populus meus, me derelique-  
runt fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas dissi-  
tas, qua continere non valent aquas.*

Simon de Cassia l. 16. cap. 16. in illud, *Nemo illi da-  
bat: iusto Dei iudicio agitur, ut recedens à satiabilibus,  
impotentia saturandi mulsetur, & quod semper egeat in-  
ordinata voluntas, qua in potestate habuit, unde egere  
non posset.*

15. Explicauimus Publicanorum peccatorumque  
quos admittebat Christus famem utcumque, eiusque  
pariter originem: dispiciamus nunc, an qua eorundè  
fames alia detur. Itaque, connotat fames plerumque  
absentiam, carentiamq; ciborum necessariorum. Cibi  
verò species aliqua necessaria animo nostro sunt ope-  
ra bona & virtutes, quibus hęc pascitur, & vitam sibi  
acquirat æternam. Laborauit igitur Publicanorum,  
peccatorumque regio fame; id est, defecerunt ipsi o-  
pera bona & virtutes: multis admissis malis nulla infe-  
rebant bona, refarciendo reparandoq; in animo quod  
calor naturalis peccatorum abluerebat quotidie.

Ita exposuit S. Ambrosius, & alij nonnulli.  
D. Amb. l. 7. in Luc. c. 15. *Fames, non epularum, sed bo-  
norum operum, atque virtutum, qua sunt miserabiliora  
iunonia.*

Glossa interl. post D. Amb. *Fames est carentia bono-  
rum operum & virtutum.*

Richardus à S. Victore l. 2. de erudit. hominis inter.  
c. 32. *Pauperes facit indigentia bonorum exteriorum. Pau-  
per est qui discretionem caret, qui consilium non habet, qui  
virtutum diuitijs caret.*

Joan Maior. *Penuria omnis boni spiritualis & fidei.*  
Joan Granat. lib. de parab. serm. de prodigo. *Con-  
sumptis natura & gratia bonis, obscurato intellectu, &  
voluntate infirma miser peccator venit ad inopiam vir-  
tutum quibus anima nutritur, praesertim fame verbi Dei  
ingrauescente.*

Magna certè fames isthęc: sed & alia laborabant;  
Qq 5 dcfi-

De alijs  
generibus  
famis, qua  
labora-  
bāt, Publi-  
ciani.  
1.  
Virtutes  
animi a-  
limen-  
tum.



11. desiderabatur scientia & vera Dei cognitio. *Novi scientia Dei in terra.* An forte in Atheismum inciderant, exuti prorsus opinione Deitatis, qua subtracta, mors manet animum, uti & corpus denegato pane?

111. Ast opinor, defecisse ipsos verbum Dei, edulum per necessarium: aut quia ipsum pro ratione exigentem non dispensabant Scribae & Pharisei.

Thren. 4. *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis:* aut quia plus nimio occupati mercatorum & teloniorum suorum rebus, signandis datorum acceptorumque scrupulose rationibus, ipsis non licebat interesse communibus epulis verbi Dei, quod compluribus negotiatoribus nostris receptum est. Ita interpretatur S. Gregorius, & ipsum sequitur Venet. Beda, Albertus magnus, S. Bonaventura, alijque multi nostri aevi; multis tamen intelligentibus famam istam de Gentilibus peculiariter.

D. Gregor. tomo 2. in 7. Psa. panis. ad illum versum Psalmi 142. *Spiritus tuus bonus adducet meam viam rectam,* famem verbi Dei intelligit per famem prodigi.

Beda to. 2. l. 3. in cap. 11. Marci. *Indigentiam veritatis in oblivione creatoris.*

Guerricus in illud, *Ego autem hic famo proo.* Post intelligi famem & siti verbi Dei.

D. Bonaventura comment. in hunc locum *Haec famas in regione longinqua, est indigentia verbi veritatis in oblivione Creatoris.*

Glossa iisdem verbis utitur. Haymo conuenit. Albertus Magnus comment. in c. 15. Lucae. *Fames est destitutio audienda veritatis per verbum & percipienda gratia per sacramenta.*

Anthoñius de Guiffandis q. 2. *Indigentia verbi veritatis.*

P. Sylvester de Prierio conuenit. Pertimescendae famas, & omnes alias excedentes. Id specialiter designaturus Christus forte addidit epheum *valida ἰχθὺς ἰμῶν?* Quae enim maior indigentia



gentia quam nescire Deum suum, nec habere qui eius cognitionem doceat? Hæc esuriam comminatur Deus populo suo, atrocem iram suam denuntiata, volens.

Amos 8. *Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aqua, sed audiendi verbi Dei.*

Quanta fames illa? Hanc autem famem verbi Dei esse in Judæis qui circumferunt verbum Dei & fame pereunt ait Rupertus in cap. 8. Amos.

Pl. 104. *Vocavit famem super terram & omne firmamentum panis contriuit;* De eadem fame intelligit S. Bonaventura comment. in cap. 15. Lucæ.

Aduertendum autem famem istam hoc loco, non tam denotare auiditatem cibi, quam carentiam eius, quod necesse est; quod malum proprie dicitur Latinis *inedia*, quæ potest esse sine appetitu, qualis est impotentia comedendi; quanquam cibum capere oportere foret: quo paulatim malo deficit ager. Arbitretur facile Publicanos & peccatores à Christo admissos, ad instar infirmorum, de quorum salute, quia nullum capiunt cibum, nullum appetunt, desperatum est; multo tempore non audisse verbum Dei; nec minus quicquam appetisse quam aurem ei præbere plerumque, sed demum sub finem nonnullo affectos desiderio audiendi Jesu Christi verba.

Simon Cassianus l. 6. c. 16. Validam famem accipit, non illam quæ pro desiderio ponitur, sed illam qua patiens cruciatur.

Si verò quis contendat famem istam connotare non solum indigentiam verbi Dei animæ per necessarium, sed & audiendi auiditatem acrem, reluctari non auium, spectatis maxime ijs quæ initio capitis 15. Lucæ narrantur, nimirum Publicanos & peccatores accessisse ad Christum *ut audirent illum*; ut verbo eius reficerentur: quanquam responderi possit ad hoc, eam ipsis serius incidisse auiditatem; atque hoc modo Evangelistam intellexisse.

Est porro fames ista ex acerrimis flagellis haud infimum, quo Deus regionem aliquam plectere queat: sicuti \* ignorantia maximum supplicium quo  
\* D. Tho. 1. 2. q. 85.  
Deus a. j.



Deus in miserimū sēuijt Adam. Hinc, loco ex Amos supra adducto, vbi longam seriem texuisset Deus panarum quibus populum suum premeret, tandem cōminatur verbi Dei fame, ceu malorum omnium affligio. Queritur Dauid, ceu atrox supplicium, non esse Prophetas.

*Psalm. 73. Iam non est Propheta, & nos non cognoscamus amplius.*

Vates Elias inter cetera lamenta dolet plurimum subuersas aras, cælosque Dei Prophetas.

*3. Reg. 18. Altaria tua destruxerunt, & Prophetas tuos occiderunt gladio.*

In oraculis isaia, vbi Deus minaretur Ierusalem & Iuda destitutos iri plurimis, tandē subiungitur amarus iri quoque *consiliarium & sapientem de architectis*, id est, Doctores, qui quasi carpentarii & cementarii aedificant Resp. item, *prudens eloquij mysticus*, id est, sapientem interpretem verbi Dei. Quemadmodum Achab & Jezabel eiulinodi pmeruerint primum supplicium: ita non tollit Enoch, Eliam, Prophetas, Do-

*Isa. 3.*

*Vide Stel-*

*la in c. 8.*

*Luc. 11.*

*Et S. Hieron. in c. 1.*

*Osee.*

*Ier. 14. a.*

*17. b. 31. c.*

*Ioel. 1. c.*

*Iudic. 6. a.*

*Matth. 21.*

*Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur*

*genti facienti fructus eius.*

*Act. 13.*

*Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed*

*quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis avertite*

*vis, ecce conuertimur ad Gentes.*

*En quibus cædantur virgis Iudæi. Verbo Dei prima-*

*ri, tantum est supplicium, vt in ipsos Ethnicos eo Ec-*

*clesia non animaduertat; nec in Catechumenos, sicut*

*Christianismi tyrones necdum sacris lymphis regene-*

*ratos; nec in hæreticos; nec in ipsos excommunicato-*

*ros; quos licet amoueat ex antiquo vsu à sacramen-*

*torum*



torum participatione, nec admittat ad communionē pretiosissimi corporis & sanguinis Domini, non tamen repellit à communibus epulis audientiae verbi Dei. Huius panis gratia, quàm requisitorum corpori, vt sentio, clamamus quotidie: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Τὸν ἄρτον ἡμεῶν ἡμῶν δὸς ἡμῶν εἰμῶν, Panem illum *super substantialē, vel superioris substantiae, animae.* Adde quod arculus praeponatur ἡμῶν δὸς, vt denotetur sublimioris ordinis panis, quā solitus, & corporeus. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.*

Matth. 6.

Matth. 4.

Sap. 16. *Non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crederint conseruat.*

Ioan. 6. *Verba quae ego loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, id est, spiritus & vitae spiritualis robur, deliciae ac nutrimentum. Hoc verbi Dei epulo vescatur Moyses quadraginta diebus, totidemque noctibus in monte Sina. Verbo Dei pascuntur animae nostrae in gloria. Verbo Dei obliuiscatur apparatus conuiuii Magdalena sedēs secus pedes Domini. Verbo Dei, cibi post arcta ieiunia parati non recordabantur fratres duo; adē vt per totam noctem colloquentes & audientes inuicem de Deo, mane facto ignorarent nū manducassent, nec ne. O panem Angelorum! O dulcem animae cibum! Te auctore fouetur in gratia: praeseruat a morte; sanatur, infirma.*

Exod. 24.

Luc. 10. 3.

In vitis Patrum.

Pf. 126. *Misit verbum suum, & sanauit eos, inquit Psal-*

Ioan. 1.

Sap. 16. *Non enim herba, neq; malagma sanauit eos, sed omnipotens sermo tuus qui sanat omnia, ait liber Sapientiae.*

O panem, fouentem, purgantem, leuientem, confortantem, gelu, spurcitiā, rupem, fragilitatem animarum! O verbum Dei, mortuos ex sepulchris suscitans, *Et qui auferunt viuent;* vt homini necessarium! Verum latius de hoc, vita comite in Monomachia esu Christi. Beatae certē vires, quas Deus non affligit verbi Dei fame: quas Deo gratias referamus quod ipsius largitione & misericordia istius annonae adhuc affluat  
vber-



vbertas? O quot num ero prouincia, vrbesque, vicinia nobis cuperent nunc iis frui epulis, saltem veli reliquis, & micis quæ cadunt de mensis nostris!

Luc. 10. *Muli Prophetæ & Reges voluerunt audire quæ auditis, & non audierunt.*

Luc. 11. *Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.*

3 Reg. 10. *Beati serui tui hi qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam.*

O si concederetur famelicis locum vestrum ceteræ, & Auditores, vt sedulo, vt impigre maturarent ad has epulas! Præriperent vobis locum, vobis legitæ & perfunctoriè aduenientibus, crebro vocatis licet! O vt veritatis sermo omnis, qualiter qualiter cõditus ipis bellè saperet; quem nonnulli vestrum ad cõ fastidium, vt nullis eloquentiæ salamentis palato eorum sapere queat! vt manderent, vt optimè digererent pacem istum! vt sensim pinguescerent! Vt prohi euaderent, vestrum plurimis interim effluere sinentibus, nec in meliores mutatis, ne dicam in peiores euidenter! Nõ veremini priuilegio priuari, eo abutentes? Non timetis Deum subtraeturum vobis manna suauissimum, quod ad cõ fastidire videmini, vt dicatis factio, si non verbo, *Nauseat anima nostra super cibo isto læscimus.* Non formidatis hunc cibum parum aut nihil in vobis præstantem tandem mensæ famelicorum inferni, quomodo quondam à ludæis amotus, famelicis Ethnicis fuit appositus?

Matth. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* O lamentis prosequendum supplicium si eiusmodi fames incideret regioni nostræ! Iis auertis, meliora præstet Deus. Incepti sermonis insistamus vestigiis. Iudigentia itaque ista verbi Dei laborabant Publicani, communiter ipsum non frequentantes, eius gratia diutius negotiis susperfedere nolentes; quoad tandem nonnulla inestis animos eorum cupido excipiendi ipsum ab ore Christi.

Atat; non deprehenditis & aliam famem, nimirum a-



quidam desiderium gratiæ Dei; acrem cupiditatē vi-  
vendū iustē, sancteque, de qua Dominus in Euange-  
lio, dicens eiusmodi famelicos beatos, quippe ali-  
do saturandos? De qua etiam virgo Mater benedicta,  
occinens esurientes bonis omnibus opplendos, potē-  
tibus vacuis?

Matth. 5. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quo-  
niam ipsi saturabuntur.*

Lucæ 1. *Esurientes implevit bonis, & diticos dimisit  
inani.*

Pl 10. *Animam esurientem satiauit bonis.*

Iob 5. *In fame eruet te de morte.*

D. Hilarius in Matth. can. 5. *Esurire dicuntur iusti-  
tiam qui eius quarunt augmentum, qui nunquam se satis  
iustos putant: ideo diligenter laborant ut iustiores fiant.*

Ut enim corpore famelicus, multum laborat, dicē  
cruciat, circumlustrat si quā inueniat vnde ventrem  
inanem oppleat, obuium quemque oportune impor-  
tune obsecrat, vti Lazarus ante portam diuitis epulo-  
nis; moxque ut cibum sumperit, noua torquetur e-  
surie: ita iustitiam esuriens, sitiensque, angitur, discer-  
ciatur, eum non attingens, quem cuperet, iustitiæ gra-  
dam: explorat, excogitat modos quibus magis, ma-  
gisque iustificetur: ieiunat, vigilat, elemosynas lar-  
gitur, orat cælitus perfundi gratia vberiori; cupit iu-  
storum votis commendatus haberi: mox ut virtutem  
est vnam consequutus, ad aliam aspirat.

Luc. 16.

D. August. l. 1. de serm. Domini in monte: *Laborant  
desiderantes gaudium de veris bonis, & amorem à terre-  
nis & corporalibus auertere cupientes.*

Hanc iustitiam auidē expetebat S. Franciscus Pa-  
triarcha noster, fratribus ad multæ perfectionis gra-  
dum euectus dicere solitus: *Incipiamus nunc, eia o-  
peni accingamur; huc vsque à nobis nihil boni pera-  
tum est.*

D. Bona  
in eius  
vita.

Apocalypsis 22. *Qui iustus est, iustificetur, id est iu-  
sticiam faciat, adhuc, & qui sanctus, sanctificetur ad-  
huc.*

Eccl.



Eccle. 10. *Qui edunt me adhuc esurient. & qui bibunt me, adhuc sitient.* Aduertite hoc loco scire à Domino copulatas voces famis & egestatis; *Facta est fames valida, & ipse capit egere*: vt *fames* plus significet quam simplex desiderium iustitiæ; & *egere*, designet egestatem. Connotat siquidem famis auiditatem accendendi; quæ nihil intentatum reliquit; insuper egestatem siue necessitatem edendi, quam vt efficacius exprimat addit, *& ipse capit egere*. *Fames*, inquit, non solum desiderium; hoc enim dicit cupiditatem, sed remissam, rei non omninò necessariæ, sed decentis. Exempli gratia: *Saturatus*, vt saturatus non potest sumere, id est, appetitu vehementi epularum distorqueri; nec enim iis eget: nihilo secius potest desiderium teneri ferculorum potiorum, aut remisso, tepentique parum aut nihili faciens eis non potiri, quia non eget. Esuriens autem maximopere appetit escam, eamque anxie sectatur, quia plurimum eget. Similiter, auidetur gratia cupidi, cibi & potus animi, quibus restituitur gratia peccato absorpta: aut qui tepidè eos inquirunt, quia tepet eorum desiderium; esurie non laborant; seque iis rentur non egere. Cuperet liberalis esse avarus: continentur viuere impudicus: remissis cupitis non insistent impigre, argumento est non famelicis. Iusti, famelici, quia summa auiditate ferantur, sciuntque se maximè egere, non desistunt quoad innocentiam iustitiam, dixit, *capit egere*: eam autem ardentè desiderandam, investigandamque; ipsius desiderium appellat, *famem validam*; qua esurisse & egisse alieni Republicanos & peccatores illos. Famelici erant itaque, & pauperes, imò egeni, *& ipse capit egere*, quod magis est quam pauperem esse. Is pauper, cui res familiaris non adeo frequens vt ea commodè sustentari queat. Pauperem familiam dicimus, quorum facultates sunt tenues: egenus verò, cui prorsus nihil est eorum, quibus

*Pauperes & egestas ut differunt.* *tas.* Dicit enim in sui ratione extremam & miserabilem



penuriam rerum, quibus bona paupertas posset cum Deo  
eti. Et ideo transferendo ad egestatem spiritus, dicit pe-  
nuriam illorum, sine quibus homo non potest bene vive-  
re, & salutem consequi. Publicanis & peccatoribus il-  
lis non erant fides, opera bona, gratia, quae facerent  
meritoria: ast hoc ipsis suppetebat, quod anxia coru  
tenebantur aviditate. *Facila est fames valida in regione  
illa: insuper, quod se ijs existimarent egere. Et ipse  
capit eger.*

Si quis obijciat eiusmodi famem, quae dicit sum-  
mum desiderium rerum optimarum non posse conce-  
di Publicanis & peccatoribus quos admittebat Chri-  
stus, quia ultio fuit & malum pœnae fames & egestas  
prodigi historialis (quâ fames spiritualis, & vindex  
Publicanorum, & peccatorum designatur: ) hanc  
verò Publicanorum potius gratiam peculiarem Dei  
magis quam pœnam & vindictam: *Namque, desi-  
derare auxilium gratia, gratia est, inquit sanctus Au-  
gustinus: & desiderare iustitiam, tenue initium est iu-  
sticiae: dicam paucis, vnum & idem posse esse pœ-  
nam, vltionemue necnon gratiam; intuitu vario. Ex-  
empli gratia. Pœna est vtrumque grauis quod se in  
sacramentis subdat creaturis homo, vt aqua in bap-  
tismo, chrismati in confirmatione, homini in confes-  
sione &c. Ast maxima gratia, quod ijs medijs & instru-  
mentis obtineat peccatorum remissionem. Simili-  
ter, summo teneri iusticiae desiderio, magna est gra-  
tia, magna & pœna: gratia, quia aditus ad maiora: pœ-  
na quia velle & cupere quid quod nec cito, nec facile,  
nec se solo obrineri potest, tormentum est *Spes que  
differtur, affligit animam. Quis vorticibus scelerum  
absorptus in montis virtutum crepidinem sine labo-  
re cepter? Superas euadere ad auras, hoc opus, hic labor  
est. Quis vnquam in momento optimus? Nemo re-  
prende se summus. Quis proprio Marte? Sine me ni-  
hil potestis facere. Pauci, quos equus amavit Iuppi-  
ter.**

Obiectio.

Responso.  
Magist. in  
4. dist. 1.  
§. C.

Prou. 13.

Virg. 6.

Aeneid.

En verò acceptissima pœna affligebantur Publica-  
ni, ardentem cupientes Iesu Christi gratiam & amici-  
tiam

Rr tiam



tiam aucupari; præteritorum indulgentiam obtin-  
auentes; futura corrigere desiderantes, foli spee-  
nendi eam gratiam: ast quâ non obtenta prima fuit  
te, iugi versantes in timore non obtinendi eam, ac-  
cultâ aliqua de causa.

D. Greg. tomo .i. l. 9. Moral. Cap. 20. *Cantus inquit  
quod omne desiderium pena est cum differtur.*

Si forte non sufficiant ista, non firmabo mortificati-  
animum in contendente Publicanorum famem. In-  
lam non fuisse eam quæ auiditatem iustitiam dicit. Sed  
potius eam quæ solum iustitiæ, bonorum operum  
gratiæ gratum facientis Deo, quâ opera nostra est  
ciuntur meritoria vitæ æternæ, carentiam concupiscenti-  
Maximam enim tormenti genus desudare, & operam  
omnem insumere bono, non bene, nec vtiliter, quæ  
bona non bene, iusta exequi non iuste, orare, ieiunare  
infuctuosè, vt qui orant, ieiunant, facultates propo-  
ribus distribuunt, incolentes adhuc peccati regno  
nem; quod accidit haud improbabilius Publicanis  
ante eorum conuersionem veram.

1. Cor. 12. *Si distribuero in cibos pauperum meos  
culcates meas & si tradidero corpus meum in  
charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Isa. 1. *Quo mihi multitudinem victimarum vestra-  
rum ego. Calendas vestras & solennitates vestras  
anima mea, facta sunt mihi molestia, laboravi frustra  
&c. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam  
Manus enim vestrae plene sunt sanguine.*

Isa. 58. *Quare ieiunauimus & non aspexisti bonitatem  
animas nostras, & nescisti. Respondet Dominus  
Ecce in die ieiunij vestri inuenti sunt voluntati vestrae.*

Gen. 4. *Ad Crimem & ad munerâ eius non respicitur  
Jonc. 3. Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt  
via sua mala.*

Est ad instar mechanicorum peccatorum laborat, desin-  
dat, anxiatur ad lassitudinem vsque, nulla facta pro-  
mij spe, tantummodò quia in statu gratiæ operum  
renuit, ast in peccati regione longinqua annuit.



Eccli 34. Qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem  
fuit, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis  
exaudiet?

Sic satis dictum haecenus de fame Publicanorum  
& peccatorum: nunc perstringamus obiter famem  
Gentilium allegoricam, hac prodigi, ut volunt qui-  
dam, adumbratam. Itaque possunt dici Gentiles ea-  
dem fame laborasse quam primo loco statuebamus  
supra in Publicanis & peccatoribus, nimirum deside-  
rio inexplibili creatorum, quo seruebant tanto ma-  
gis, quanto minus aspirabant, sperabant, nouerant a-  
eterna bona; quae aut omnino negabant, animam im-  
mortalitatem tollentes, ut Democritus, Epicurus,  
Sadducei, Plinius in speciem; cum ceteris: aut ex  
parte, non credentes magna illa & omni sermone,  
omnem intellectum, omnem conceptum transcen-  
dentia; neque reuersionem futuram corporum no-  
siturum admittentes, quae haud infima honorum illorum  
partefruentur: in quo errore uersabantur Sadducei.

Secundo, dici potest, ipsorum nonnullis, ut Pro-  
tagorae Abderitae, Diagorae Mileliano, non fuisse  
exquisitissimum animi cibum, scientiam Dei nimi-  
ram, Protagora dubitante, Diagora negante pro-  
fus; unde Athei nomen sortitus est, uti scribit Ci-  
cero.

Deinde, ex placito expositorum Catholicorum,  
quorum aliqui per prodigium interpretantur Genti-  
licium paganitum, potest denotare fames illa dese-  
ctum scripturarum legis & Vatum, expressi uerbi Dei,  
cuius necessarii ad vitam animi. Doctrinis enim imbu-  
ti Gentiles in scholis inferioribus, trivialisque na-  
turae, non autem in Academiae legis Mosaicae, sunt.

Pla 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua  
non manifestauit eis. Ante Christi aduentum nullae  
sunt ipsis habitae lectiones aut legis Mosaicae, aut E-  
uangelij: dictum hocce. In uiam Gentium ne abieri-  
tis dudum transitum occupauit, & occlusit ora Do-  
ctoribus; Professoribusque Euangelicis, Deo ueliscete  
Gentiles ea annona penuria, quae perperam consupserunt;

*De fam  
Gentili-  
um.*

I.

*Plutar de  
plac. Phi-  
lof. Plinius  
l. 7. ca. 55.*

II.

*Cicero l. 1.  
de na De-  
orum. La-  
tan l. in-  
stit. c. 2.*

III.  
*Vide ro-  
mum 1.  
harum  
conc.*

*Matt. 10.*



ceu prodigi, prima præcepta, rudimentavè naturæ, partim in fornicationem idololatriæ, partim in libidinem & incontinentiam carnis, & in incontinentiam.

Rom. 2. *Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientium sensus.*

Famè igitur & carentia doctrinæ cælestis affligitur Gentilitas propter peccata iam memorata.

Ioan. Maior comment. in cap. 13. Lucæ: *Fames spiritualium bonorum intelligit. Non enim fuit Gentilitas Mosaicum præscriptum collatum, nec in natum eruditæ erudiebantur.*

Iacobus Veldius ait hic agi de fame verbi Dei: *Alia enim, inquit, naturam inuasit ignorantia rerum agnitarum, & concupiscentia rerum noxiarum, ignorantia Dei, & rerum salutarium.*

IV.

Si verò sumatur famès ista pro defectu bonorum operum, meritoriorum vitæ æternæ, per me licet. Licet enim Philosophi pagani, & alique ex plebeis Ethnicis exercuerint actus multos naturæ & genere moraliter bonos, studiososque; quin tamen non quaererebatur fide, nec in debitum scopum, scilicet per Dei gloriam, sed in leuem vanæ gloriæ auram, collimarunt; magni eorum exercitia æstimare non valeo, maximè cum Apostolus absolute dicat, sine fide nihil Deo gratum.

Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo: credentium oportet accedenti em ad Deum, quia est, & inopem se remuneratorem sit.*

Et qui non credit in Jesum Christum, eiusque fidei non est amplexus, iam iudicium subierit in sanctissimo senatu sanctissimæ Trinitatis, iuxta decretum ipsius Christi.

Joann. 3. *Qui non credit iam iudicatus est. Neque patris Patribus pretio sunt habitæ virtutes Paganorum, quæ virtutes dici queunt.*

D. Cyprianus tract. de bono Patientiæ serm. 1. in



no: Patientiam se sectari Philosophi quoq; profitentur; sed tam illic patientia falsa est, quam & falsa sapientia est. unde enim vel sapiens esse vel patiens possit, qui nec sapientiam nec patientiam Dei nouit?

Nihilominus desudabant virtutibus illis apparentibus: Plato mortificationi, & iugi meditationi mortis; Socrates, patientiæ; Aristides innocentiae, & iustitiæ; Scæuola, fortitudini & constantiæ; Penelope, Lucretia, Vestales, temperantiæ: Philosophi vniuersi, prudentiæ certatim; aut perperam: fidei namque carentiæ genuinam non sunt adepti prudentiam Philosophi; Penelope, non verè casta, & temperans; Scæuola, non verè constans; Aristides, iustus; Socrates, patiens; Plato non verè mortificatus fuit. Et quamquam eas virtutes attigissent; nec ideo consequuti fuissent vitam æternam: ijs enim studebant gloriæ mundanæ gratia, & ut nomen suum immortalitati dicarent: Nec ideo licet, tamen adhuc frustra, quia non in gratia Dei iis animum applicabant. Sicque famēs valida, id est, caritas summa, & defectus operum bonorum diuexabat paganorum regiones, iusto supplicio Dei, sinentis in vanum laborare eos, qui flocci pederant cognitionis. Maiestatis eius cognitione destitui.

Nunc ad hæreticorū famem veniamus: ex quo huc vique reliquas parabola huius partes eis adaptauerimus, in sensu quodam allegorico.

16. Hæreticus omnis sponte Ecclesiā egressus, domo veri patētis Iesu Christi, dilapidata fidei & charitatis substantia, dira laborat fame, ea scilicet quæ dicit absentiam operum bonorum ad salutem. Studeat etenim extra Ecclesiā, eiusque communionem homo operibus bonis, tot, tantaque exequatur solus, quot Sanctorum vniuersa cohors; nihil ipsi proderūt opera ista, ut scilicet perueniat ad vitam æternam; nec ad eam vrgebit plus gradum, ac si retrocederet; tum quia fide non comitata, tum quia charitate & gratia Dei non condita.

Hæretici  
vt famem  
pati dicā-  
tur.

I.  
Hæretici  
sine operi-  
bus bonis.

Job 30. Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo.

Rr 3



*Et vita ipsa putabatur indigni.* Indigni, inquam, presenti; quid enim mundo præstat hæreticus, quam ut suam tranquillitatem, placidum somnum, Christianorum pacem & charitatem turbet? De quibus apostolus Paulus;

Galat. 5. *Vinam et abscondantur qui vos tentantur indigni item vita æterna.* illum Job locum expatit D. Gregorius de hæreticis, & de tenui quaestione bonis in speciem operibus, consequuntur.

D. Greg. tom. 1. l. 20. moral. ca. 9. *Virtus in manu est magnitudo in operatione. Sed virtus manuum hæreticorum sanctæ Ecclesie pro nihilo ducitur, quia nullum est meritum conspicit, vera fide perditâ quicquid operantur.*

D. Amb. tom. 5. lib. 7. comment. in cap. 11. Luca: *Opera sine fide, vana.* Quid prodest illustre, affibereque structum culmen, ad instar arearum periculorum semitamidis, infirmis fundamentis, inani structura impositum? Quanto arx illustris, superba, solentis, cuiusmodi est Bossuetensis, in amantissimo Hannoverensi nostro viridario, orbis miraculo octavo, subditæ tempore, fundo arenoso, cedenti oneri, suffixa? Ita, non præiacto fidei fundamento frustra ædificent hæretici, superiaciuntque opera bona.

D. Amb. l. 1. Offic. c. 2. tom. 1. *Quia sine munimentis dei bona opera non possunt manere.*

1. Cor. 3. *Fundamentum nostrum Iesus Christus est.*

1. Cor. 10. *Petra autem erat Christus.*

Pla. 117. *Lapides quem reprobaerunt adificauerunt factus est in caput anguli.*

Daniel. 2. *Lapis de monte abscissus est sine manibus.*

Super fundamento isto, & solida petra operari peritæ exstruere: quod non præstantes hæretici, ædificant in aère castra; super arena fundant; & eorum opera bona nullius sunt momenti.

2. *Secundò.* Nulla sunt eorum opera bona, quia non animata, viuificata, informata charitate, & gratia De. Exanime corpus non constituit hominem: ita nec opera de bonorum genere, facta non in & cum charitate sunt.



te sunt vtilia, salutaria que. Legite epistolam primam  
 s. Pauli ad Corinthios; fuse, aperte, emphaticè idip-  
 sum docet. Vidistis aliquando virere frondes radici  
 non adherentes? Sic nec opera profunt, charitatis  
 radici non adherentia, inquit S. Gregorius.

Homilia 17. in illud Ioa 15. *Hoc est preceptum meum*  
*Et non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, si*  
*non manet in radice charitatis.*

Idem tomo .lib. 20. Moral. *In sola dilectione omnis*  
*virtus virtutu nom in accipit, & in eadem virtutum om-*  
*nium bona consistunt.*

Adhuc dico hæreticos laborare annona & caritate  
 bonorum operum; quod etsi concedamus gratis eo-  
 rum opera personalia esse bona & salutaria (quod nõ  
 na se habet) pauca sint ipsis & exigua collatione ad  
 vere Catholicos. Enimvero hæreticis sunt tantum-  
 modo propria & personalia; Catholicis autem, & per-  
 sonalia, & quæcumq; perficiuntur à quoq; individuo  
 omnium nationum, per vniuersalem Ecclesiam. En  
 adest Propheta testimonio suo confirmans.

Psal. 118. *Particeps ego sum omnium timentium te, &*  
*custodientium mandata tua. Quem locum exponens S.*  
 Ambrosius serm. 8 ait: *Sicut membrum particeps esse*  
*dicimus totius corporis, sic coniunctum omnibus timentibus*  
*Deum.* Nonne hoc ipsum idculeat inter cætera,  
 articulus ille symboli nostræ fidei, *Sanctorum commu-*  
*nionem?* Cuius communionis sanctorum quia non  
 sunt participes hæretici, gerras duco eorum opera,  
 singula. *Quod parum est, pro nihilo reputatur,* ait qui-  
 dam.

Multò minus æstimo ea omnia simul sumpta ope-  
 ra, quod nihil sint maximæ omnium virtutes, ni com-  
 municent merito ielu Christi Domini, & capitis no-  
 stri; cuius influentijs nullis participant hæretici, ab  
 eius corpore mystico resecti. Maxima igitur fames  
 cessisse foro, & defecisse à fide; cuius causa nec bonu,  
 nec meritum esse potest quod sit. *Et in domo mea*  
*non est panis,* iure dixerint hæretici.

Vide Ca-  
 techismũ  
 Rom. ad  
 eum art.



D. Hieron. super Isa. 8. 32. & D. Amb. de Iosepho 7.  
*Fames est ignorantia veritatis & discessio à fide, quam non est qui faciat bonum.*

II. *Præterea egerit hæretici cognitione Dei: nec enim eum nouerunt, nimio perfectius eum cognoscere, & perferutari potius quam perfecte colere: quomodo caliginæ offusus solis rutilantem rotam non videt: quia lumina firmius ut aquila in splendorem eius defixit. Faciunt intelligendo ut nihil intelligant, apertissime quadretur in hæreticos.*

D. Greg. l. 20. Moral. c. 10. *Immoderatis namque assibus cognitionis superna scientiam quo plus appetunt, plus amittunt.*

Psa. 63. *Defecerunt scrutantes scrutatio: accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.*

Quo perfectiorem Dei scientiam temere affectant, eo longius dimouentur à cognitione Christiana.

PROV. 23. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria.*

III. *Ad hæc, non dicendi hæretici pati famem scientiæ & veritatis: Nonne de ipsis Apostolus S. Paulus, 2. Timot. 5. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes?*

Fugit ipsos scientia, veritas, dubiorum solutio, quia missam fecerunt columnam & basim veritatis, Ecclesiam.

1. Timot. 5. *Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.*

Si in scriptis est ipsis veritas, sensum germanum, verum, catholicum non obstinuerunt veritatem vertunt in mendacium, quia non sunt de corpore quod regitur spiritu & veritate.

Joan. 14. *Pater alium Paraclerum dabit vobis, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. Ille vobis docebit omnia.*

Donc ab Ecclesia, domo ipsorum patria fuerint hæretici, distorquetur fame ista, carentia veritatis, egestate & fame steriles, ut ait Job.

Iob. 30. *Psal. 58. Famem patientur ut canes, & circuivent ciuitatem; inquit Daud; quem locum interpretari lubet de hæ-*



de hæreticis, prout & de Judæis: nam si Judæi sunt canes famelici quia occiderunt panem vitæ, & hæretici qui se priuauerunt veritate. Contrectabant ludæi litteras sacras, legebant, voluebant, nec tamen intelligebant, reficiebanturque.

Psal. 106. *Esurientes & sitientes, anima eorum in malo tabescebat*: ita hæreticis sunt sacra Biblia: ea volunt, teoluunt, docent, interpretantur: quicquid eorum ore fluit & calamo scriptura sacra est; præter eam nil crepant; ast prorsus non intelligunt.

D. Hieronymus epist. ad Paulinum de omnibus diuinæ hist. libris. *Tenant signatum librum, & ad sensum suum incongrua aptant testimonia; scripturam trahunt repugnantem.*

D. Greg. tomo 1. li. 8. moral. c. 2. *Neque enim hæretici inquisitionibus suis veritatem conantur assequi, sed viatores videri.*

Non ingrediebantur ludæi sanctuarium sacrarum litterarum; circumlustrabant solum.

Psa. 106. *Circuibunt ciuitatem: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt*. Hæretici quoque occupantur circa corticem, & literam.

Psal. 11. *In circuitu impij ambulant*.  
Job 30. *Qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate & miseria, & mandebant herbas & arborum cortices.*

In solitudine, inquit, id est, extra vniuersitatem Ecclesie, rodunt & deradunt scripturarum corticem, vt capta ligni: ast non magis attingunt verum, internum, genuinum sensum, quàm catellus edêtulæ ossis medullâ.

D. Greg. tomo 1. lib. 20. Moral. c. 11. *Exterius quippe illam contrectant, cum quidem conantur, sed non ad eius interiora perueniunt: elationis suæ obice repulsi in sacro eloquio magna & intima percipere nequeunt, sed vix in illo quadam tenera & exteriora cognoscunt. Totum illud caput D. Gregor. pulchrum est.*

Idem lib. 16. Cap. 3. in cap. 22. Iob, in illud, *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem: Hæretici, quo veritati soliditatem non tenent, eo nõnunquam stident, vt loquaciores appareant; & contra Catholicorum*  
fidem



fidem quasi de doctrina scientia gloriantur.

Idem 1. 20. cap. 10. Ea solummodo quarunt quantum doctos atque loquaces demonstrant illa scire appetunt, in quibus singulariter eruditi videantur.

De hæreticis ergo dixerimus: Facta est famis valida in regione illa; qui non nisi corticibus vescuntur. Ipsi optimè conuenit. Et ipse capit egere; si vera loquuntur Latini, asserentes, quod is propriè eget qui aliquid habet, & aliquid non habet; etenim hæreticis uti & Catholicis sunt sacra eloquia; ast non verus sensus, ut Catholicis. Hælluones sunt voluminum sacra scripturæ hæretici; denorant sacra eloquia, ut Ezechiel.

**Plutarch.** volumen: crebrè ea ore versant, ut Ezechiel; redacunt  
**Gen. 3.** à stomacho plures sacra scripturæ sententias, quæ baccell-  
**Num. 22.** las, bolosué Elotes temulèti; etenim ipsis veterè dicitur  
**Persus in** queretur, creparetq; ni deprimere suum, corpus  
**Proëmio.** est: ast arbitret ab ijs intelligi quæ loquuntur, ut capite  
bat serpens Eua deceptor quæ perferbat verba; aut aliam  
Balaam, inuectiuam; aut Cæsaris pistracus suum.

**Act. 8.** Hælluones sunt hæretici librorum, sed non intelligunt  
eorum. Puta sine intelligunt quæ loquuntur. En in quam e-  
gestatem lapsi sunt hæretici, ab Ecclesia discedentes,  
in qua minime quæ abundant panibus istis.

**IV.** Laborat & alia penuria ipsorum regio, nempe pau-  
uacione corporis Dominici, vero cultu Dei, & gratia  
Hæretici Spiritus sancti, qui cum eiusmodi palantibus com-  
sine sacri- mercium non habet. Quod obsequium, quem cultum  
ficio, cul- Deo exhibeant scioli isti, verum missæ sacrificium pe-  
tu vero, nitus tollentes? Qui Spiritu Jesu Christi viuificantur,  
gratia qui tanquam membrum putre deciderunt à corpore  
spiritus qui mystico eius? Palmes proferatne botrum ni viti adha-  
sancti. reat, & à radice succum trahat? Brachium meum vi-  
tam sumat ab anima separatum à corpore? Nec hære-  
ticus influentias gratiarum, Spiritus sancti suscipiat,  
disiunctus & separatus à corpore Iesu Christi.

Ast quanta famis, quanta egestas illa, vero sacrificio destituit? Quanta paupertas epulo illo priuari, hinc quo vita duci nequit, inquam, corpore Iesu Christi in sacramento altaris? Quid vos quam mors manet hæretici? Non legistis, Ioan.



Joann 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & hiberitis eum sanguinem, non habebitis vitam in vobis. O Penitiosam famem! Valida fames in regione illa. Quae iterum ipsis fames, nunquam refici posse, ut tales sint, gratis spiritus sancti, quae nunc regulariter non dant, quam per sacramentorum tubos, quorum, aut omnium, aut aliquorum contemptores & blasphemii sunt: Digna fames, digna flagella ijs qui sponte ab Ecclesia defecerunt, omnium bonorum promptuatio. ure optimo o Christe Iesu *Aquam las. Job. 22. Is non dediti, & esurienti subtraxisti panem*: Non didis gratias tuas, neque epulas pretiosi corporis tui fame tabescentibus illis, qui nihili eas ducebant, cum vberim omnia affluerent sibi. Verum, mittamus apostatas & defectores istos, & resumtis primis vestigijs, conemur praescribere ordinem, medicamen, diartam peccatoribus ingi fame distortis.

17 Certò mihi persuadeo, o Auditores, quotquot laboratis esurie inexplibili creaturarum, citò, turè, iucundè, quid ultra cupiatis: eam pulsam ita, admissò in vobis amore perfecto Dei vestri, in quo, per quem, à quo omnis satietas; tum quia finis verus, & ultimus, nec non centrum naturale animorum, in quo omnis creatura quiescit; tum quia magnitudo eius immensa excedit infinitis parasangis capacitatem, quamuis ad instar abyssi omnium animorum: tum quia plura in se continet bona, quam intellectus humanus comprehendere queat; & voluntas humana appetere: tū quia ipse est verum & solidum bonum; non inane, umbraticum, pictum, fictum, vt cætera: tum quia tria optimè tribus conueniunt: sacratissima Trinitas in vno Deo, cum triplici animorum nostrorum facultate: tum quia Deus est spiritus, & esuriens animus noster spiritus: tum quia spiritus naturaliter agere possit in spiritum: tum quia non minuitur bonum illud multis communicatum, vt alia bona, vt opes & facultates; *Nec sumptus consumitur*; haud secus quam calor, de sacramento alios quoq; diffusus: tū quia Deus bonū est, q̄ nemo à nobis

Dixitica  
medicina  
animo a-  
geis.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.
- 7.
- 8.

D. Thom.  
in ritmo  
de sacra-  
mento al-



**Luc. 10.** nobis tollat, ni nos ipsi ipsum faciamus missum. *Maria optimam partem elegit qua non auferetur ab ea, cum*  
**9.** *quia nobis Deum eo modo diligentibus, nulla ipsi*  
**10.** *suppeteret iusta causa protrahendi languores nostros in solita fame, quam ideo finit ut defectus videretur nostros. Medicamen istud tutissimum est, ni verus Hippocrates, nec similem sciens medicus animorum nostrorum nos fallat, qui in aphorismis suis Euangelicis sic habet.*

*Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & curatis estis & ego reficiam vos; medebor, satisfaciam vobis & fame laborantibus.*

*Ibidem: Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris.*

Quid iugum, quid requiem dicit? vniuersum Dei iugum, lex Dei est: vniuersa Dei lex, amor est.

*Rom. 13. Nam non adulterabis, non occides, &c. in hoc verbo instauratur, Diliges: vniuersum igitur Dei iugum amor est. Quid verò in me producat quod per, amarum illud poculum? Inuenietis requiem animabus vestris. Inuenietis, quod quaeritis. Ecquid? Requiem, satietatem, saturitatem animis vestris. Inuenietis, experiemini, effectu probabitis animos vestros nuper anxios, famelicos, distractos, quaerendae sextantis in locis & rebus satietati, in me solo plene contentos. Nonne id ipsum alio loco expressè spondet?*

*Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in se fontem aqua salientis in vitam aeternam?*

Hem fratres, ut promptè fami in nobis inexplebili occurrere potest! Quid citius fiat, amore? Cito, cito. Quid tutius amore? Tute, tute. Quid iucundius amore? Iucunde, iucunde, sanabimini, si amaueritis. Sine amore, amara cuncta. Heus, peccatores sitibundi, ut quid ad aquas salvas creatorum, & sitim pronocantes properatis? Ecce non potius ad eum, qui vult & potest sitim vestram depellere, explereque: vocat, inuitat, venite: pollicetur sanitatem: *Ego reficiam vos. Ecceur alacres non prorumpitis,*



Pfal. 41. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum; quando veniam?*

Pfal. 72. *Quid mihi est in calo, & à te quid volui super terram?*

Pollicetur refectiorem: *Non esurient neque sitient* Apoc. 7.  
*amplius.*

Si quis adfit, ecquis ambigat? non de numero sicutolorum, qui uedum lamberit statuas falis, neque hauserit fautorum fluminum vndam; adhæreat Deo, sub umbra amoris eius: non faciat eum missum, futurum ut nunquam acri illa siti, tabidaque fame laboret. Quo tendas iter, ut melius habeas?

Joan. 6. *Domine ad quem ibimus? Verba eterna vita habis.*

Tobiz 10. *Omnia in te vno habentes, non te debemus dimittere.*

Pfal. 23. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Græcis est: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit; super aquas refectiois educauit me. Effectu vociferatur mundus, deficio, defero. Clamat Deus, persto, reficio, impleo: tantane ergo vos dementet insania, ut missoreficiente se ceterum deficientem? Colite, adore orientem, non occidentem. Imitabimini S. Augustinum cum adhuc ageret in regione umbræ mortis, & peccati?*

D. Aug soliloq cap. 13. *Mundus clamat, deficio, tu Domine reficio: & miseria mea prava magis sequitur deficientem quam reficientem.*

Isa. 55. *Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate.*

Pfal. 4. *Filij hominum usquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?*

Cu intus mentis stupor in filios Adæ diffusus, ut diligant vanitatem, creaturas sectentur, & perditè pereant mera figmenta, quæ sariare velle videntur, nec queunt! In solo Deo fatietas. Faxit optimus Deus, faxit sanctissima sua gratia, ut pendente hoc nouo iustitio, alibi non quærat fatietatem quam in ipso:  
 vt



vt resumpcis viribus rediens expirante iustitia capta  
prosequutus vos non deprehendam famelic  
cos, adeoque impeditos sequi quo  
cepistis pede. Amen.



*Gloria Deo, Virgini, Mari*

